

N. 1493/99



CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Seminariis atque Studiorum Institutis) postulatione attenta Exc.mi Rectoris Pontificæ Universitatis Lateranensis, legitime præsentantis; cum compererit Institutum Superius Scientiarum Religiosarum Rigense iuxta normas a Sancta Sede pro huiusmodi Institutis manatas – Consilio Facultatis Theologicæ memoratæ Pontificæ Universitatis academicæ omnino spondente – probe ordinari, ad docentes in primis et studiorum programmata quod attinet; prolatas sibi preces libenter excipens, idem

INSTITUTUM SUPERIUS SCIENTIARUM RELIGIOSARUM RIGENSE

hoc Decreto academicæ **erigit erectum** que declarat, ipsum simul constituens sub potestate atque ductu memoratæ Facultatis Theologicæ, cuius erit academicum gradum Magisterii Scientiarum Religiosarum iis studentibus conferre, qui, sexenne studiorum curriculum rite emensi, omnia iure præscripta feliciter compleverint iuxta peculiaria Statuta ab hac Congregatione approbata.

Eiusdem Facultatis proinde erit continuo invigilare ad academicam Instituti condicionem diligenter servandam ac promovendam, præsertim ad Docentium qualitates studiorumque severitatem quod spectat, ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XXII mensis Ianuarii, a. D. MM.

PRÆFECTUS

+ *Stendani Jo chs lv R.*

A SECRETIS
+ *Josephus Pittan*



Tulkojums

Nr. 1493/99

**Katoliskās Izglītības kongregācija (semināru un augstskolu lietās) –
Vatikāna izglītības ministrija**

Katoliskās Izglītības kongregācija (semināru un augstskolu lietās) – Vatikāna izglītības ministrija, ievērojot Laterāna Pontifikālās Universitātes Ekselences Rektora likumīgo iesniegumu, ka Rīgas Augstākais Reliģijas zinātņu Institūts atbilst Svētā Krēsla šāda veida Institūtiem paredzētajām normām un ka pieminētās Pontifikālās Universitātes Teoloģijas fakultātes Padome dod svinīgu pozitīvu akadēmisku apliecinājumu uzticami nokārtot visu, kas attiecas vispirms uz docētājiem un arī uz studiju programmām, iesniegto lūgumu pieņemt un ar šo dekrētu akadēmiski dibina un pasludina par nodibinātu

Rīgas Augstāko Reliģijas zinātņu institūtu,

vienlaicīgi to nododot pieminētās Teoloģijas fakultātes pakļautībā un vadībā, kuras pienākums būs piešķirt *Magisterium Scientiarum Religiosarum* (profesionālā bakalaura grādu reliģijā) tiem studentiem, kuri pabeiguši sešu gadu studiju kursu un sekmīgi izpildījuši visus īpašos šīs Kongregācijas aprobētos noteikumus.

Šīs pašas Fakultātes pienākumos ietilpst Institūta akadēmiskā līmeņa uzraudzīšana, lai tas tiktu rūpīgi sargāts un veicināts, sevišķi attiecībā uz docētāju kvalitāti un studiju nopietnību, ievērojot visus paredzētos noteikumus. Citu iebildumu nav.

Romā Kongregācijas iestādē, 2000. gada 22. janvārī.

Prefekts – ministrs (paraksts)

Sekretārs (paraksts)